

72. Ramus virens olivarum

Piae Cantiones 1582

Anonymous

Ramus virens olivarum
Bi - - - num ge - nus a - ni - ma -
rum per co - lum - bam pan - di - tur: Er - go plebs Fin -
rum ar - ca No - è clau - di - tur.
no - ni - ca gau - de de hoc do - no, quod fac - ta es Ca -
tho - li - ca Ver - bi De - i so - no.

2. Apex montis abscondatur, aquae vis dum tollitur.
Nubis sordes expurgatur, signum rei ponitur.
Ergo plebs &c.
3. Grande mirum, pietatis arca dum salvatur:
At tunc cunctis animatis ira Dei datur. Ergo &c.
4. Velut nostro demonstratur doctore Finlandiae,
Fides Christi dum fundatur, linquenti terra Angliae.
5. Upsalensem praesulatum Regno rexit Sveciae,
Per Ericum sublimatum, prae cultu fiduciae. Erg: &c.
6. Ardor strinxit caritatis corda Patronorum,
Via ducti veritatis, sorte supernorum. Ergo &c.
7. Laeti petunt Finnonum terram pervenire,
Cultum pellunt Daemonum, palmam reperiere. Erg.
8. Doctor mirae sanctitatis ponens se periculis,
Formam verae pietatis turbis dans incredulis. Erg:
9. Versus partes Rex Ericus tendens domicilii,
Sanctus praesul hic Henricus comes fit exilii. Ergo.
10. Subit poenas patienter palmam per martyrii,
Adest lictor vehementer potum dans exitii. Erg: &c.
11. Christus nobis Patrem oret, pacem servans patriae,
Laudis turba quem decoret, firma fide varie.
Ergo plebs finnonica gaude &c.